



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XVI. De Sacramentis non iterandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

## De Sacramentis non iterandis.

T I T. XVI.

Minus idonei ad Ordines suscipiendo  
reperti, aut alias incapaces. repellun-  
tur ab Ordinibus, quorum multi  
sunt genera; ut in primis semel ordi-  
nati.

**Cur semel ordinati iterum non  
ordinandi?**

Propter characterem indelebilem per  
**Concil.** ordinacionem animæ impressum; cum  
**Trid. Seff.** character iste sive potestas, per quam,  
**7. can. 9.** mutato veluti statu. deputatur homo  
ad novum Ecclesiæ ministerium, sit in-  
tra animum, & sic in subiecto incor-  
ruptibili, nec habeat contrarium, a quo  
possit corrupti. Nam character Ordinis  
secum trahit potestatem activam, qua  
nos efficit potentes, ut Sacraenta con-  
ficiamus, & aliis administremus.

**Quid si constet quidem de actu, sed aliquid  
pertinens ad solemnitatem fuerit  
omissum?**

**Non idcirco actus totus iterabitur**  
sed

sed id quod omissum, cause suppleri statutis temporibus, quibus ordines conseruntur, debet. Talis est solemnitas seu c. i. &  
cæmeria, in ordinatione v. g. Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, impositio ult. h. t.  
manus per errorem omissa; in confirmatio d. c. i. in  
to, qui per errorem non chrismate, sed o- princ.  
leo sacro fuit delinitus.

## De filiis Presbyterorum.

### TIT. XVII.

Sunt & inter prohibitos ordinarii filii Presbyterorum, vel alias ex illegitimo nato.

*Cur tales ordinarii prohibentur?*

**T**um quia honor sacerdotii seu dignitas Ordinis obstat; tum quia meat Ecclesia, ne filius illegitimus sit similis patri; tum etiam in detestationem paterni criminis, & ut hoc pacto ipse pater puniatur in filio.

*Quot & quibus casibus hoc exceptionem patitur?*

Tribus: nam Primo admitti ad Ordines illegitimus poterit, si vitam monasticam amplecti velit, favore Religio-

C. 5. nis:

c. Inter  
dilectos  
inf. de  
excess.  
Pralat. c.  
14. h. tit.  
arg. c.

Vergentis  
in fin. de  
haret.